

## Band VI., Nr. 1769, Seite 163-164

*Priorin A. und Konvent von Weiler beurkunden, dass Albert von Plieningen, seine 4 Söhne Albert, Albert, Berthold und Conrad und seine Ehegattin Adelheid dem Kloster eine Schuld von 60 Pfund Heller erlassen haben, sowie dass die Witwe Alberts zwei Weinberge vom Kloster gekauft habe, und zählen weiter verschiedene Gültbezüge dieser Witwe und des Klosters auf.*

Ohne Ortsangabe, 1264. Dezember 16.

Nos A. priorissa et conventus sororum de Wilerio notum facimus universis, quod Albertus de Bliningen, filii sui Alb., Alb., Berhtoldus, Cunradus et uxor sua Adelhaidis LX Pfund Hallensium, quas ipsis tenemur persolvere, nobis pro remedio statuerunt ita: quandocunque unus ipsorum decesserit, X Pfund nobis debent cedere pro remedio, ita quod post mortem omnium predictorum a tali pensione et solutione debemus esse libere et immunes nec aliquis heredum ipsorum super eisdem bonis attemptare debet de cetero actionem. Preterea relictia dicti A. comparavit duas a nobis vineas, quarum una videlicet Cunonis emta pro XXIV Pfund Hallensium post obitum suum ac duorum filiorum suorum Alberti et Alberti ad nostrum monasterium revertetur, alteram vero, quam emit pro XXVIII Pfund Hallensium, debet iure perpetuo retinere, de quo in recognitionem emptionis inter nos facte solidum Hallensium vel valorem eiusdem in cera vel aliis nobis debet singulis annis dare. Item IV Pfund debentur ei de inferiore molendino in Bliningen, II Pfund in Nativitate domini et IV pulli, I Pfund in festo sancti Georgii et C ova, et in nativitate beate Marie I Pfund, item de superiori molendino VI modii siliginis et II modii tritici Ezzelingensis mesure et X sol. Hallensium et IV pulli, de agro coram molendino dimidium modium frumenti, quod singulis annis in eodem colligitur, item I Pfund de Dymarswyler. Frater Marquardus dabit sepedicte domine II Pfund et post mortem suam dabit filie sue G. de Sillenbuch I Pfund pro tempore vite sue. De molendinis dabuntur claustro VIII sol. vel XXIV mesure olei tempore quadragesimali. Et ut hec rata et inconcussa permaneant, sigillo<sup>a</sup> nostri conventus duximus roboranda. <br> <br> Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXIV., XVII<sup>b</sup> kalendas Januarii, indictione VIII.

---

<sup>a</sup>In der Vorlage verschrieben: *sigilli*; auch fehlt wohl *nostro et*.

<sup>b</sup>In der Vorlage verschrieben VIIX.

## II

Nach einer neueren Abschrift in der Schmidlinschen Urkundensammlung des HStA Stuttgarts, bei welcher die *e* des ursprünglichen Textes statt der *ae*, auch statt der Ziffern die Zahlzeichen wiederhergestellt sind.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

J 8 Fasz. 2, Teil 1

**Überlieferung und Textkritik:**

Abschrift.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Diemannsweiler Wüstung (21619)<br> Diemannsweiler, Filderstadt,  
ES, W<br> Plieningen Wohnplatz (41)<br> Plieningen, Stuttgart,  
S<br> Sillenbuch Wohnplatz (48)<br> Sillenbuch, Stuttgart, S<br>  
Weil Wohnplatz (351)<br> Weil, Esslingen am Neckar, ES